



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 30. Cui restitui debeant res in bello captæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

valet de rebus, quas dominus in periculo naufragii ejicit, uti recte *Haunol.* tr. 5. à n. 152., nam non ideo ejicit, quod habere nolit, sed ut evadat, vultque recipere, si possit, & non sunt in derelicto, sed in deperdito, §. 48. *Instit.* *De rer. dom.* L. 21. §. 1. ff. *De acquir. vel amitt. possess.* hinc qui eas res rapuit & repetenti non reddit, quadruplo tenetur, L. 44. ff. *De acquir. rer. dom.* imò sic retinens publicatione omnium bonorum mulctatur, *Auth: Navigio Cod: De furt. & servo corrupcio:* hinc cum aliis docet *Dicast.* *de Rest.* d. 9. n. 436. aliam legem aut consuetudinem, per quam talia bona fierent illius, ad cuius fundum appellerent, fore injustam: hinc etiam in Bulla Cœnæ excommunicantur, qui bona naufraga Christianorum occupant, nisi forte censeantur derelicta, uti diximus n. 90.

**113** *Q. 30. Cui restitui debeant res in bello capti.*  
*R. D*ominium rerum immobilium justo bello captarum acquiritur Principi vel Reip:, nisi tales res iterum eriperentur hostibus, tum enim antiquis dominis restituendæ sunt, L. 20. §. 1. ff. *De capt.*, tenentque AA communiter cum *Dicast.* L. 2. t. 1. d. 10. n. 420: Econtrà si sint res mobiles, distinguunt aliqui Juristæ apud *Haunol:* n. 60. dicentes, si sint valde pretiosæ, acquiri Principi; si vulgares, acquiri capientibus; sed *Dicast.* dicit, seclusâ consuetudine in contrarium, regulariter acquiri capientibus, quia §. 17. *Instit:* *De rer. divis.* absolute sic habetur, Item ea, quæ ex hostibus capimus, jure gentium statim nostra sunt. Quod si talia capiantur, quæ hostes injustè rapuerant, de jure naturæ restitui deberent dominis, jure tamen Cæsareo ad vitan-

vitandas lites fiunt capientium , si hostes ea deportârant ad præsidia vel loca tuta , *Molin.* *Coning.* *Tann:* *Burgh:* cent: 2: cas: 6. , Valet tamen illa dispositio tantum pro subditis Cæsari , & tantum circa bona fortunæ pertinentia ad laicos , quia de illis solis disponere potuit jus Cæsareum : si autem hostes nondum deportârant ad præsidia vel loca tuta , aut si domini adhuc insequebantur , etiam de jure Cæsareo restitui debent prioribus dominis , *Molin.* *Dicast.* n. 424.

*D V B I V M VI.**De rebus, quæ debent restitui.**A R T I C U L U S I.*

Quid debeat restitui ab inferente injuriam ma-  
teriale tantum , sive à possessore  
bonæ fidei.

**R**Esp. Qui bonâ fide damnum intulit, aut pos<sup>it</sup> „ 114  
fidet aliquid , de quo postea melius cognoscit, tenetur, ne incipiat esse possessor malæ fidei „ & detinere alienum, id tantum , & non plus restituere, quod ex ea re ipsi superest, unâ cum eius fructibus , si extens , vel quatenus inde factus est ditior ; præterquam, si dominium sibi comparavit per legitimam præscriptionem. Ita comm. Doctores, *Mol.* *Sanch.* *Leff.* l. 2. c. 14. d. 1. *Bon.* to. 2. deo

E 2 restit.